

utrum summam habeamus ideam magnitudinis Dei, quæ nostrum replet memoriam, & obliterat æstimationem di-

preſerat Deus similitudinibus suis, nec invenio. Heu Christiani! quamplurimi sunt hodie, qui flagitiis suis hæc omnia deleverunt lineamenta, & nullam amplius habent no-

MYSTERIUM EUCHARISTIÆ.

Quatenus est Sacrificium; Sacrificium Altaris, Missa &c.

MONITUM.



Eucharistia jam verba fecimus in Tomo secundo Bibliothecæ moralis tit. de communione. Videlicet quatenus Jesu Christi Corpus a Fidelibus recipitur, ibique Jesus egimus præparatione ad illud recipiendum idonea, de fructu, quem ex eo debemus percipere, deque his rebus omnibus, quæ ad sanctum Communionem recipiendam, aliquid conferre possint: Sed cum hoc Eucharistia Myſterium considerandi pos-

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum hujus Argumenti Synopsis.

De facte in meam commemorationem. Luca 22. His verbis tota innititur supra illa facultas, quam receperunt Apostoli offerendi magnum Christianæ Religionis Sacrificium; ita ut, quemadmodum verba, per quæ Dei Filius divinum hoc instituit Sacramentum præstata sunt, & operantia mutationem panis, & vini in substantiam Corporis, Sanguinisque sui; ita hæc alia verba, hoc facite, Apostolos suos converterint in totidem legis novæ Sacerdotes, eisque contulerint veram facultatem mittendi, & offerendi in Altari hoc idem Corpus, & hunc eundem Sanguinem in Missæ Sacrificio. Hoc etiam significat Verbum illud, facite, quod in linguis omnibus Hebræica, Græca, & Latina, eandem vim habet, eandemque significationem. Hoc facite, hoc est sacrificare, sicut ego sacrifico; quasi diceret illis: Amor, quo vos complector efficit, ut præverterem mortis meæ Sacrificium, meipsum immolans propriis manibus: sed hic excessus caritatis mihi non dandum satis est, illud instaurare volo omnibus sæculis per manus vestras; quamobrem confero vobis hoc ipsum faciendi potestatem. Hinc sequitur augustinus, & adorabile Sacrificium, quod in Altaribus nostris quotidie peragitur, verum esse, & unicum Religionis Christianæ Sacrificium, quatenus subrogatum in locum Sacrificii Cruentis, quod semel tantum in Cruce oblatum fuit, & quod reapse totum omnino est idem, alio dumtaxat modo oblatum, sed qui illud perfecte representat. Sub excellenti hac idea mens est mihi illud vobis representandi, ostendendo. 1. Hoc exhibere Sacrificium Crucis; ideoque inspirare debere nobis sublimem ideam ejusdem, & singularem in nobis genere debere reverentiam, cum eidem assistimus. 2. Hoc continere in se omnem illius virtutem, quod in nobis debet parem æstimationem honorum, & infiniti thesauri, quem in illo posuimus. 3. Nobis applicare meritum, & fructum, quod cogit nos, ut redigamur in itarum efficiendum ejusdem participes, & utendi incomprehensibili utilitate, quam inde percipere possumus. Hic est ordo, & sermonis totius partitio.

Pro prima parte: Dico: Sacrificii hujus Eucharistici præstantiam in eo sitam esse, quod institutum fuit, ut representaret nobis Sacrificium Crucis, ejusque memoriam

in nobis perennaret. 1. Ostendendum est, nullam esse Religionem sine Sacrificio, & Religionem Christianam, cum omnium sanctissima sit, ac perfectissima, carere non posse, adeo essentiali cæremonia: Sacrificium Crucis esse non posse perpetuum novæ legis Sacrificium, cujus rationes rite expositæ contra hæreticos occurrunt in paragrapho quinto; unde inferendum est, hoc esse non posse, nisi Sacrificium Altaris, quod est oblatio illa mundi, de qua verba facit Malachias Propheta, & quæ offertur in omni loco, atque a Propheta Daniele vocatur Juge Sacrificium: Sacrificium perenne, & quod singulis diebus iteratur; quod Sacrificio Crucis convenire non potest. 2. Sacrificium Missæ taliter esse representationem Sacrificii Crucis, ut omnino sit idem, & differat solum in modo, quo offertur, & ab aliis etiam representationibus. Hanc eandem rem continere, cum reliquæ Imagines fere excludant realitatem ejus rei, quam representant; quibus addendum est, hanc representationem in eo sitam esse, quod Corpus Salvatoris, vi verborum mystice hinc quidem seorsim positum est, inde vero Sanguis, quod representat realem effusionem, quæ facta fuit in Cruce, ex quo iudicium ferri potest, quæ reverentia, quæ contritio, & quibus sensibus pietatis sit divino huic Sacrificio assistendum.

Pro parte altera, quomodo hoc Sacrificium contineat virtutem omnem Sacrificii Crucis, ac nobis applicet illius meritum, atque fructum. Facile est videre, quam Theſaurum Dei Filius nobis reliquerit, quam uberem meritum copiam inde percipere valeamus; quem fructum sperare, quoniam illud offertur possumus pro nobis, & pro aliis, pro remissione peccatorum nostrorum, & ut finalem perseverantiam obtineamus &c. Ibi reperimus fontem gratiarum omnium, atque in omnibus necessitatibus nostris præsidium: ita cum divino huic assistimus Sacrificio, possumus quidem nosmet convertere ad hunc Deum pro amore nostro immolatum, fidenter ad illum confugere, & sperare, futurum ut nobis concedat, quod ipse ad salutem nostram necessarium esse conſuevit.

Pro tertia parte, quæ secundam consequitur, ostendi possunt ea bona, quæ divinum hoc Sacrificium nobis procurat. 1. Nobis rationem suppeditat mulcendi iracundiam Dei, quem quotidie novis criminibus offendimus, offerentes illi Sanguinem eundem, qui pro nobis fuit effusus in Cruce. 2. Possumus enim tantum reddere, quantum ab illo recepimus; offerimus enim illi Deum ipsi æqualem. 3. Si quo-

quotidianis nos cumulat beneficiis, dat etiam quomodo eidem non ingrati esse valeamus, &c.

II. Nihil dignius est nostra attentione, & obsequiis, quam sanctissimum Missæ Sacrificium. Duæ rationes de hac re suadere vobis debent, quæ duplici verbo tota erunt hujus sermonis partitio. 1. Quia Deo offertur, 2. quia in eo Deus offertur; videlicet: Adorabile hoc Sacrificium bifariam considerari potest, & sub duplici ratione, quod spectat ad obiectum illius, quod Deus est, & ad ejusdem subiectum, quod Deus pariter est. Revera, quod nobismet in Altarium Sacrificio proponimus, est Deum colere, & hoc pacto, Deus illius obiectum est, sed ad melius colendum in hoc Sacrificio Deum, præstantem illi hominem Deum; ideoque Deus quoque est ejusdem subiectum: utraque sermonis hujus pars vos erudiet de re maxime necessaria, hoc est de Sacrificio. Et immitentes vobis sublimes ideas magnitudinis Dei, excitabit in cordibus vestris omnes sensus Religionis.

Partis prima. Sacrificium Missæ summopere venerabile est, quia offertur Deo; hinc sequitur. 1. Quod illi assistere, est interese actioni maxime, quæ in Christianismo peragatur; unde fit ut in vetustissimis liturgiis Sacrificium vocetur actio antonomastice. 2. Esse assistere actioni, cujus finis immediatus est honorare Deum. In omnibus aliis officiis dicere possumus fere hominem agere propter se, suamque utilitatem; veluti cum orat, orat ad gratias Dei sibi promerendas; sed in Sacrificio nihil aliud spectatur, quam honor Dei. 3. Esse assistere actioni, quæ in semetipsa sumpta consistit præsertim in creatura humilianda coram Deo, 4. Esse assistere actioni, per quam cultus adorationis, supremæ, inquam, adorationis potest præstari extrinsece, & authentice Deo; nam in ceteris omnibus actionibus non fit hæc publica, & sollemnis professio submissionis erga illum.

Partis secunda. Sacrificium Missæ est Sacrificium summopere venerabile, quia in illo offertur Deus, quæ in re tria considerari possunt. 1. Cum pergitur ad Sacrificium, quod Ecclesiæ celebrat, pergitur ad Sacrificium mortis Dei; igitur per apertas injurias audent illi illudere, non secus ac Judæi, qui crucifixerunt illum; nonne digni sumus gravissimis suppliciis? 2. Cur Deus misericordie immolatur se in Aræ Sacrificio? ut nos doceat, & nobis opem ferat facientibus ea, quæ sine illo facere non possumus, nempe ut honorem Deum, quantum Deus & meretur, & postulat. Sed dum Jesus Christus in hoc victimæ itaru colit Patrem suum, videtur ipsi delere scandalis nostris honorem omnem, quem per exanitiones suas reddidit illi. 3. In hoc Sacrificio Salvator agit de hominum reconciliatione cum Deo; hinc concitiamus quinam sensus ferendi sint nobis in hoc expiationis Sacrificio. Hæc est partitio Ræser Bourdaloue.

III. Ex his, quæ ad Missam laudandam accedunt, sunt. 1. Qui non omnem habent cognitionem, quæ esse habenda. 2. Sunt plures, quibus non est pietas omnis, quæ requireretur. 3. Denique longe plurimi sunt, qui ipsam dedecorant sanctitatem. Primi eruditi sunt, Secundi sunt excitandi ad adificandos eos, a quibus in hac videtur actione, in qua sibi pietatem, & religionem non deesse debent ostendere; Tertii demum sunt confundendi: quæ tres sunt sermonis hujus partes.

Quoad partem primam, in qua erudiendi sunt illi, qui non habent eam hujus Myſterii cognitionem, quæ esse habenda; satis est explicare doctrinam S. Augustini de Sacrificio, in quo Deus simul est offerens, oblatum, & oblatio. Deus offerens se Deo, hæc veritas est Religionis; Deus oblatum a se Deo pro nobis, hæc est Religionis prærogativa; Deus qui dignatur seipsum offerre per manus nostras, hæc est indulgentia, & utilitas Religionis; hæc omnia tenere debet Christianus, ut magni hujus Myſterii habeat cognitionem.

In parte altera, quæ spectat ad eos, qui Missæ adstantes non omnem habent devotionem, quæ habenda esset, ut excitentur, & animentur; satis est revocare in mentem magnum illud principium, quod in omnibus hujus argumenti sermonibus supponendum est: ea quæ in aris nostris sunt, fieri in memoria ejus, quod factum est tempore Passionis Domini, quam toties annunciamus, quoties Missam celebramus, eique Populus adit. 1. Ibi videtur Jesus Christus humanis oavitus criminibus, cum ad Calvarium ascendit. 2. Videtur illic Salvator expians hominum peccata, cum fuit Crucifixus. 3. Videtur illic idem applicans supremam medicinam peccatis hominum, cum pro illis suum effudit Sanguinem. Impossibile enim est, ut qui hæc omnia recolit mente, non habeat saltem partem eorum sensuum, quos habuissimus, si Crucis Sacrificio assistissemus.

Pro 3. parte facile est confutare impios, qui pollutum magni hujus Myſterii sanctitatem per immodeſtias, scandala, & impietates, quas committunt. His satis est ostendere, 1. Peccata, quæ committunt, immediate dirigi contra Jesum Christum in loco, & eodem tempore, quo ille offert se pro illis Patri suo. 2. Illos instaurare circumstantias contumeliosissimas Passionis ejusdem. 3. Illos sese indignos præbere, qui participes fiant meriti, & fructus hu-

jus Sacrificii, & qui per impletatem suam inevitabilem in caput suum reprobanem detorqueant, &c. *Disputatum ex Abate Boleau modice inflexum.*

IV. Eo in consilio, quod mihi est differendi apud vos de hoc Religionis actu, qui nos incessanter cum Jesu Christo crucifixo conjungit, de angustia, & unico hoc Christianæ Religionis Sacrificio, in quo Dei Filius postquam semel obtulit seipsum pro peccatis nostris in ara Crucis, hodierna die nobis esse voluit Hostia Propitiationis ad expandenda crimina, quæ contra divinam Majestatem committimus; verbo, de hoc amoris, fideique Myſterio, cui adeo frequenter interestis, in eo inquam consilio, quod mihi est apud vos verba faciendi de adorabili hoc Myſterio, duo mihi tantum vobis ostendenda sunt.

1. Natura, & præstantia Sacrificii Missæ. 2. Dispositiones, cum quibus illi interesse debeamus, videlicet, cum reverentia, & timore cumque omnibus pietatis sensibus, quibus pares sumus. *Fleſchier.*

Sacrificium seorsim a Sacrificante non potest concipi: sed Jesus Christus offerens se in Sacrificio manibus propriis, instituit duo. 1. Ordinem Sacrificantis, vel Sacerdotis præditi potestate, & jure in Corpus suum ad illud in Altari sacro immolandum: quæ in re consideranda sunt qualitates, quas requirebat Deus in Sacerdotibus legis antiquæ, & inferendum est, quo potiori jure debeant isti esse Sancti, & vocati a Deo ad hoc Ministerium, per vocationem adeo singularem. Quamnam esse debet Sanctitas hominis electi, & deputati, ut sit mediator Deum inter, & ceteros homines? quam excelsum, & excellens ministerium? quæ sublimes requiruntur qualitates, ut huic homo respondeat, & hoc satis digne sustineat? 2. præscriptis Sacramentalibus suis, ut offerant Deo Sacrificium hoc in nomine, & persona ipsius, ita ut substituatur in locum ipsius, ejus vicem gerant, ac teneant locum, loquentes non solum verbis ejusdem, sed etiam in ipſius persona, qui Corpus Christi ore sacro confectum, inquit S. Hieronymus, hæc facite in meam commemorationem, & sensus horum verborum duo continet necessario, videlicet, institutionem Sacerdotii, & finem Sacrificii, in Jesu Christi nomine instituti.

Sacrificium Missæ in sua Unitate complectitur omnia legis antiquæ Sacrificia, quorum virtus erat divina; aliud enim pro obiecto habebat Entis supremi adorationem; alius finis erat gratias agendi pro acceptis beneficiis; per aliud illius, a quo offerebatur, expiabantur noxæ, & offensiones; & per aliud gratie petebantur. Sed solum Missæ Sacrificium omnia collegit, Sanctus Paulus ait, & profecto per hoc Sacrificium adoratur Deus, & gratie aguntur celeſti Patri. 2. Per hoc ipsum tamquam medium supremum, Dei hæctur Justitia. 3. Per hoc ipsum funditur Gratia, Deo omnipotenti ad divinam illius misericordiam promerendam.

VII. Ut intelligamus quantum cum reverentia, & quibus cum Pietatis, & Religionis sensibus, Sacrificio Missæ interesse debeamus, satis est animadvertere. 1. Quæ sint hujus Sacrificii qualitates. 2. Quæ esse debeant qualitates adstantium illi; quod esse poterit partitionis loco in hujusmodi argumento.

Punctum primum; quod pertinet ad qualitates Sacrificii, ostendendum est. 1. Sacrificium generatim esse actionem augustissimam Religionis; hoc omnem illius gloriam, constituit; ideoque nulla unquam Religio fuit, quæ careret Sacrificio; & Religiones omnes, licet fallissimæ, hanc tamen gloriam semper appetierunt. Si autem hæc est actio præcipua, præstantissima, & amplissima Religionis, quæ temeritas, quæ stultitia est adesse illi, ut fit, sine mentis applicatione, & indecoro habitu Corporis, non dicam insolenti? Si ita te geris cum agitur in Mando de majoris momenti re aliqua, de negotiis dumtaxat humanis, nonne haberis tamquam homo mentecapus, & omnis expertus Judicii? 2. hæc est actio, cujus finis essentialis, & proprius character est, Deum colere: quod cum ita sit de alia quapiam re cogitare, dum Sacrificium peragitur; de profanis rebus sermonem miscere; nonne, quantum in te est, hoc est Sacrificii finem evertere? 3. hæc actio est, publica, & sollemnis protestatio submissionis Creaturæ, & reverentia, quam suo debet Creatori, & medium ab eo institutum, ut publice præstet illi cultum adorationis suæ: quod igitur malum est, cum, qui habere debemus nostræ submissionis testimonium, non nisi vanitatis nostræ spectatores habeamus? 4. Sacrificium solum est medium electum a Deo, ut illi præstemus publice cultum adorationis; nisi illum in hac adoraveris occasione, quomodo nam ipsum honorabis, &c.

Punctum alterum; si qualitates Sacrificii nos jubent illi summa cum reverentia interesse, qualitates eorum, & quæ eidem intersunt, non minorem habent necessitatem. 1. Interferimus Sacrificio quatenus testes illud nostra præsentia probaturi. 2. Quatenus Ministri illud cum Sacerdote oblaturi. 3. Quatenus victimæ immolanda cum Jesu Christo, qui principalis est victima. Ut simus testes Sacrificii, nos convocat, & in unum cogit Ecclesiæ, ideoque non nisi fideles.



In Genesi Cap. 14. Melchisedech Rex Salem offerens panem, quia erat Sacerdos Altissimi; benedixit Abraham. In actione vero singulari Melchisedech, sanctus Augustinus ait, videmus apertius, quam alibi connotatum Sacramentum, quod Iesu Christi Ecclesia nunc offert pro terra universa; & ita adimpleta est illa David Prophetia de Iesu Christo tot secula ante illius Incarnationem prolata: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech; non dixit autem, secundum ordinem Aaron, quod hoc legis antiquæ Sacramentum, per Sacramentum Iesu Christi erat antiquandum, cum tempus accessisset, quo umbra cessatur erat vero luminis Iesu Christo. Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, non secundum ordinem Aaron, qui eras fuerat austere in Leviticis rebus, qua illi umbris transiebantur. (De Civitate Dei lib. 102.) Spiritus sanctus interpres huius figuræ nonne dixit per os sancti Pauli: juravit Dominus, & non penitebit eum? Tu es Sacerdos in æternum, secundum Ordinem Melchisedech? Sanctus Augustinus inde concludit, Melchisedech appellatum Altissimi Sacerdotem in hoc loco historia Mosaicæ Imaginem esse Filii Dei, quatenus Sacerdotis, atque Pontificis; primum, quia nomen ipsum Melchisedech, in lingua Sancta significat Regem Iustitiæ, & Regem Pacis, quæ duo sunt nomina pluribus in locis Sacre Scripturæ Iesu Christo tributa, ubi vocatur antonomastice Dominus Iustus noster, & Princeps pacis. (Ista 30.) 2. In eo, quod Scriptura Myſticum servat silentium in genealogia Melchisedech, ut esset imago perfectissima Sacerdotis huius æterni, qui non habet, nisi Patrem in Cælo, qui non habet Patrem in terra, & de quo dictum est: generationem ejus quis enarrabit? 3. In hoc, quod Scriptura non meminit iustitii, vel finis vite Melchisedech, utpote qui est figura Iesu Christi, qui Sacerdos est, cui non alius succedit Sacerdos; cum Sacerdos secundum Ordinem Aaron sibi alii alius succederent, offerrent sacrificia pro peccatis suis; & Iesus Christus, qui est sanctitas ipsa, offerat pro peccatis Populi. Præterea legis antiquæ Sacerdotes constituti fuerunt sine juramento, & Iesus Christus est institutus Sacerdos per jurandum Patris æterni. Ita sanctus Paulus statuit adorabile Sacramentum Altaris, Sacramentum Iesu Christi constituit.

Sed Apostolus explicat perspicue Myſterium Altarium nostrorum, in quo Christus Iesus vere tribuit nobis Corpus, & Sanguinem suum in Sacramentum, per Sacramentum Melchisedech figuratum, & Ecclesiæ Patres ita unanimitate consensu simul ad ostendendam veritatem huius Sacramenti in hac figura adeo sancta, & antiqua, ut nonnullorum temporum hæretici, maluerint damnare cum audacissima impietate nota, quemadmodum doctus Eſtius animadvertit, generale hunc consensum, & hanc traditionem omnium Sanctorum, & saculorum, quam eundem negare, seu per ignorantiam, qua illis turpior visa est, seu per obduratissimam pertinaciam, quam omnino probari nequaquam posse cognoverunt. Hoc adorabile Myſterium Sacramenti Eucharistiæ, liquido innotescit, secundum Patres in eo, quod tunc fecit Melchisedech, quatenus Sacerdos Altissimi, cum Abraham, & eisdem Comitibus; nam tamquam Sacerdos, obtulit primum Deo, in Sacramentum Panem, & Vinum; ita enim docet nos Ecclesia cum Sanctis omnibus Iesu Christi Sacramentum, simul esse, & Sacramentum, & Sacramentum; videlicet esse Sacramentum immolationis, & Sacramentum Communionis; & postquam Iesus obtulit Patri suo Corpus, & Sanguinem suum, re ipsa Altaribus nostris præsentem, communicare hoc ipsum Corpus immolatum illis omnibus, qui digni sunt, ut Eucharistica huic Mensæ accumbant. 2. Notantur Patres, Sacramentum Melchisedech, non nisi Victoriis distribui; secundum illud, quod notatum est in Apocalypsi: Vincens dabo Mannam absconditam.

Applicatio nonnullorum Scripturæ locorum huic argumento.

Hic autem eo, quod maneat in æternum, sempiternum habes Sacramentum. Ad Hebr. cap. 7. Docet sanctus Paulus in veteri lege plures fuisse Sacerdotes; mors enim vetabat ne semper permanerent, & opus erat ad Sacerdotii perennitatem, ut alii alii succederent; sed in lege Evangelicæ Sacramentum habemus viventem, & semper manentem; ideoque potest semper salvos facere accedentes ad Deum per ipsum, cum vivat semper, ut intercedat pro nobis. Ne concludamus fratres, cum Iesus, qui Sacerdos est legis immortalis, & ipse sit immortalis, ideo admittendum non esse alium Sacerdotem præter ipsum: Sacerdotes enim, qui in Ecclesia sunt, non succedunt Iesu Christo, quoniam proprie loquendo, ille solus est, & præcipuus Sacerdos, alii vero Ministri tantum, & Sacramentum offerentes, tamquam Iesu Christi instrumenta. Quamobrem non offerunt illi Sacramentum, neque consecrant in Nomine suo, neque sua autoritate; sed tantum in Nomine, & autoritate Christi. Simili ratione, sanctus Augustinus ait, in nova

lege, qui baptizat est Iesus Christus, ipse per Spiritum sanctum mutat Panem in Corpus suum: nunc autem, sicut ipse qui baptizat, ita ipse est, qui per Spiritum sanctum hanc suam efficit Carnem, & transfert vinum in Sanguinem; & sanctus Gregorius relatus in Canone inquit, illos in magnum errorem incidere, qui putant Sacramentum oblatum a Sacerdote sanctiori, sanctius esse posse: heu in quam magnum laqueum incidunt; ut divina, & œterna Myſteria plus ab aliis sanctificata posse fieri credant, cum unus, idemque Spiritus sanctus in Ecclesia diffusa per totum Orbem terrarum incomprehensibiliter ea Myſteria, & œterna, acque invisibiliter, & operando sanctificat, & benedicens benedicit. Cap. multi quæst. 1.

Pro Christo legatione fungimur. 1. Ad Corinthios cap. 1. Magnum interest discrimen inter Sacerdotes legis antiquæ, qui Patribus suis succedebant; & Sacerdotes novæ: Sacerdotes enim antiquæ succedebant in locum parentum suorum, non erant illorum Ministri, sed Successores in munere Sacerdotali, quod exercebat cum eadem auctoritate, qua sui decessores; sed in lege Evangelicæ, Iesus Christus solus est Sacerdos præcipuus, semper actu offerens Sacramentum quicumque in parte offeratur; & qui gerunt nomen, & officium, non sunt Successores Iesu Christi, neque exercent illud nomine suo, neque eadem cum auctoritate, qua divinus ille Sacerdos illud exercuit; sed tantum funguntur legatione pro Christo, ut Apostolus inquit; Pro Christo legatione fungimur. (1. ad Cor. 11.) Ita Sacerdos non consecrat in nomine suo per sibi propriam virtutem, Divus Thomas (3. p. 2. q. 82. ar. 5.) inquit, sed solum tamquam Minister Iesu Christi in cuius persona offerit Sacramentum: Sacerdos consecrat hoc Sacramentum, non virtute propria, sed sicut Minister Christi, in cuius persona consecrat hoc Sacramentum. Igitur exclamare debemus: O vere divina Religio, Religio instituta in Cœnaculo, in medio Apostolorum! per institutionem divinitus tui Sacerdotii, das Ecclesiæ tuæ Sponsos, & Patres, qui gignunt illi filios verbo Fidei, & per Sacramenta in seculorum secula, per Eucharisticæ Sacramenti institutionem inter manus nostras ponis id, quod adoremus; & propter quod tibi gratias agamus; tuis nobis præsentissimum medium ad stendendam Omnipotentis Iustitiam. Quam parum referam tibi, Domine, ob tanta munera gratiam? non aliud effere possum, nisi me tibi tradere, ut tu me tecum faceres. Concede quæso, ut habeam omnem, quam debeo venerationem Sacramentum tuo divino, & in persona tua divina, & in omnibus iis, quos tibi associare dignatus es. Fac, ne unquam dedecorem Sacramentum mortis tue commemorativum; auge fidem meam erga hoc invisibile Sacramentum; fac, ut huic assistam eadem cum reverentia; ac religiose formidine, qua assistentem Calvario, re enim verâ, hac Ara tibi aque, ac mihi, alter est Calvarius, in quo immolatas te ipsum, & in quo me tecum sacrificas, & ne unquam obliviscar huius tui, meique Sacrificii, da mihi Domine vires, ut tibi taliter adhaerem, ut simul unum simus, quemadmodum a Patre tuo petisti.

In omni loco sacrificatur, & offertur Nomini meo oblatio munda. Malac. 1. Sanctus Iustinus Martyr Christianorum apologia primis sæculis utitur hoc textu ad probandum incrementum hoc Sacramentum Panis, & Vini Eucharisticæ. Sanctus Irenæus doctrinæ Apostolicæ imbutus, ait, eos omnes, qui agnoscere volunt antiquam veritatem, & Ecclesiæ traditionem, audire illam debere tamquam irreprehensibilem testem fidei, & disciplinæ primorum temporum, cuius Martyrium probat etiam doctrinam; meliorem non inveniri probationem institutionis, & præstantiæ oblationis huius, quam traditionem Apostolorum, & huius Prophetæ prædicationem.

Holococausta pro peccato non placuerunt tibi; tunc dixi, ecce venio. Ad Hebr. cap. 10. Audite hac in re doctrinam S. Pauli, & Ecclesiæ: Iesus Christus magnus Pontifex, & Supremus Sanctificator venit in plenitudine temporum accepturus de manu Patris sui Corporis, quod fuit materia Sacramenti, quod adimplevit in Cruce, pro Mundi Redemptione, & innox continuat in Eucharistiâ. Sacramentum verum, oblatio victimæ, & voluntaria acceptio Iesu Christi officium Sacerdotii illius, quod superat Sacramentum Aaronis. Hic Iesus Christus suppressit legis caeremonias, transfudit ius Sacrificatoris ad alium Sacerdotii Ordinem, ab illo Aaronis, cum esset ipse Sacerdos æternus, secundum ordinem Melchisedech; longe nobilior in sanctitate actionis suæ, & Ministerii sui dignitate; ita ut, quemadmodum Iesu Christi Religio substituta fuit Religioni Mosaicæ, Sacerdotium, & Sacramentum Melchisedech, Aaronis Sacrificio substitueretur.

Quid dignum offeram Domino? Michæ 6. Ubi nam invenimus obsequium Deo dignum? vel quam honoris notam tribuimus illi, que deceat supremam hanc Majestatem, quarit Propheta? Proleto eum Dei magnitudo sit immensa, æterna, infinita, & ille cõsi mereatur secundum dignitatem, non aliud facere possumus, quam nostram fateri impotentiam: sed quid dico? Deus hic tantus, qui nihil a

Magnum discrimen inter Sacerdotes legis antiquæ, & novæ.

De Sacramentis, & Sacramentis Iesu Christi.

Nihil offerre possumus Deo dignum tanta maiestate, nisi Sacramentum Dei.

Creaturis suis recipere potest, nobis aliquid contulit, quod ipsi offerre possemus, & omnia profiteri bona, quæ a liberali manu eisdem recipimus. Non aliud sane, quam offerre illi Sacramentum sui ipsius, quia hic Deus est equalis ipsi: quid dignum offeram Domino?

Vobiscum sum usque ad consummationem sæculi. Matth. 28. Dei Filius, qui promissit se manurum cum Ecclesia sua usque ad sæculorum consummationem, non tamen ita adheret illi, ut non perfruatur libertate, quam illi concedit status gloriosus, in quo est; sed & ille ad dexteram Patris sui, ubi beatorum constituit beatitudinem; verum cum ille promiserit se futurum semper cum Ecclesia sua, ipse, ut ita dicam, non est liber, nisi data fide, se in persona adfuturum, ubi placuerit Ministris suis, quorum potestati sese subiecit, & qui obligant illum, ut ad conditum momentum, & horam, reperiat se in Altaribus nostris toties sacrificandus, & immolandus, quoties illi dixerint necesse esse propter peculiares eorum necessitates. De hac representatione juris titulo, non artis, intelligenda sunt hæc verba, Eucharistiam consideratam, tamquam Sacramentum, esse representationem Domini Corporis, quo nomine illam Tertullianus appellat, videlicet Salvatorem se representare se nobis pro nobis, & pro usibus nostris, illum mystice, & sacramentaliter amittere vitam, quam realiter semel tantum effudit pro salute nostra; cumque Sacramentum iterari non possit, cum hoc crudelitatis, & suppliciorum apparatu, ipsum reiterare, atque instaurare illum representando seipsum in persona, ut in Myſterio quotidie faciat id, quod semel tantum fecit in effectu, & ut nobis relinquat memoriam semper viventem, & semper præsentem cruenti Sacrificii Crucis per hoc alii incrementum, quod Sacerdotes immolant in Altari.

Hoc facio in meam commemorationem. Luc. 22. Adorabilis huius Sacramenti hæc est excellentia; quod institutum est ad representandum Crucis Sacramentum, ut memoria illius repetatur, & perennis fiat toties, quoties offeratur, quod illud verbum significat: Hoc facio in meam commemorationem. Et sanctus Paulus, qui illa reulit post sanctum Lucam Evangelistam, videtur illa explicare adiciens: quotiescumque enim manducabitis Carum Filii hominis, & biberitis ejus Sanguinem, mortem Domini annuntiabitis. (1. ad Cor. 11.) Quoties consummabitis hoc, accruciatum, recipientes Corpus, & Sanguinem ejus, toties annuntiabitis mortem illius, & ostenditis ejusdem Imaginem, que hac in re divederit erit a ceteris representationibus, quia earum ipsa veritas erit, & dum alia Imagines, ut plurimum excludunt realitatem rei, quam representant; hæc illam continent, eritque res, & Imago simul unam, & idem.

Hosiam, & Oblationem noluisse, tunc dixi, ecce venio. Ad Hebr. 10. Victimam, quam Salvator, divinus iste Pontifex, oblaturus erat pro peccatis hominum, non est aliud, quam ille ipse, & Caro sua, quam a nobis mutatus est, ut illum pro nobis offerret. Cum enim, ut dicit Apostolus, fieri non posset, ut sanguis tantorum, & hircorum deleret peccata nostra; ideoque ut suppleret humilitatis, atque impotentis carnalium harum victimarum; Deus misit Filium suum in Mundum, eumque sepit Corpore passibili, mortali, & apto, ut offerretur Deo, per viam immolationis, & mortis. Hoc ostendit illi ex ipso incarnationis momento, atque aditu in Mundum, declarans se non esse esse Corpus istud, nisi, ut esset victima pro cuius oblationem satisfaceret divinæ Iustitiæ. Mox vero, ex quo dilectus hic Filius semet subiecit voluntati Dei Patris se obtulit illi, ex hoc eodem momento, ut faceret voluntatem suam, & per unicam sui Corporis oblationem impleteret, & consummaret id, quod multatio tuo vigilarum, quæ præcellerat, promiserat quidem, & figuraverat, sed dare non poterat. Solo equidem Salvatore spectatæ Sacramentum Crucis, & de hoc intelligendum esse; sed cum Altaris Sacramentum sit continuatio Sacrificii Crucis, cumque illud continet, ejusque nobis applicet merita; hæc est eadem Victimam, quæ pro nobis offeratur in hoc statu; cur ergo non licebit dicere de secundo, atque ac de primo? Holocausta pro peccato non tibi placuerunt, tunc dixi, ecce venio. (Ad Hebr. 10.) Pater Cælestis, quoniam oblationes, & legis antiquæ holocausta minime tibi fuerunt accepta, neque valuerunt mulcere iram tuam; ecce nunc offero me victimam perennem, quam homines offerent tibi usque in consummationem sæculorum, & que erit illis propitiatio Sacramentum. In Praefatione libri, cui titulus: Idea Sacerdotii Patris Condrait.

In omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Malac. 1. Crucis Sacramentum circumscriptum fuit inter fines Calvarii; cum enim semel mortuus sit, ita in uno illo loco mortuus est; & quamvis virtus mortis illius in omnem terrarum Orbem fuerit diffusa, hoc tamen Sacramentum re ipsa non ubique factum est; sed cum figuræ, & Imagines inserviant ad tradendam autographi cognitionem iis in locis, ubi per se præfens esse non potest, & ad illud multiplicandum, quodammodo in figura sua, quod in seipso non potest, Sacramentum hoc taliter representat Crucis Sacramentum, in singula Altaria in totidem Calvariorum

convercat, in quibus idem Corpus offertur, & immolatur; & quia hæc vivens est representatio, & non inanimata, uti cetera, instaurat ubique, quod in uno tantum terra loco fuit adimpletum.

Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Filius Dei Calicem salutaris accipiam? Psalm. 115. Deo gratia agenda in Sacrificiis sunt nobis honorum omnium, quæ a divina ejus Bonitate (et nobis percipiunt. Bona hæc infinita sunt; si quæ nobis reliqua est humanitas, horrere debemus ingrati animi vitium; sed præterquamquod infamia huic inhærens vitio infinite perniciosa nobis est, habita Dei ratione: ideoque Iustus Christus videns non esse nobis, unde valeamus grati animi sensus testari Deo, ipse tradidit seipsum nobis, & singulis diebus tradit, ut quotidie recipientes nova beneficia, possimus quoties diebus dignas Deo gratias agere; & hæc gratiarum actio non est inane officium; hæc est practica remuneratio major quam si daremus omnia Mundi huius imperia. Itaque ad recentes gratias promerendas æquissimo animi grati obsequio adfidentem Sacrificio Missæ dicimus illi: Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam. Quoniam quotidie nova contrahimus debita per juges iniquitates, & evadimus debitorum divinæ Iustitiæ; quotidie conferamus nos in Ecclesia oblaturi Iustitiæ huic integram satisfactionem sumptibus Sanguinis Iesu Christi, qui pro hac re offertur in Sacrificio. Denique, quoniam sumus obnoxii infinitis necessitatibus, tum in iis, quæ ad Corpus, tum in iis, quæ ad Animam spectant; utamur medio tam efficaci, quod nobis tribuit, tum ad gratias agendas, tum ad impetrandam ea, quæ nobis sunt necessaria.

Placabo illum muneribus. Genes. 32. Dicebat sanctus Patriarcha Jacob, cui non deerat occasio formidandi iracundiam, & ultionem fratris sui. Placabo illum muneribus: hæc una ratio est illum delinendi. Heu! timendum est mihi, ne Deus a me lacessitus tuo noxiis, quas commisi mihi succenseat, sed spero per magnum, magnificumque Sacramentum, quod illi oblaturus sum, offerens Corpus, & Sanguinem Filii sui, me flexurum illius in me indignationem; scio, cum toties abusus fuerim gratis ejus, me indignum esse, qui recentes percipiam, & qui ab eo votis damner; sed offeram illi divinum hoc Sacramentum, quod infinite placet ei, & quod continet omnia merita mortis Filii sui in hoc Sacrificio instaurare. Dicam illi: respice in faciem Christi tui, (Psal. 83.) averte oculos Deus Iustitiæ ab eodetecore, quo affeci te, ut respicias gloriam, quam recipis a Filio tuo exinanto in Altari, ubi sacrificatur.

Ab Ortu enim Salis, usque ad Occidentem, magnum est Nomen tuum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur. Nomen meo Oblatio munda; quia magnum est Nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum. Malac. 1. Judæis sacrificandum non erat, nisi Jerosolyma, & non offerant Deo, nisi victimas, quæ profusus mundas non erant, habita ratione Sanctitatis Dei, neque dignæ illo; quoniam non offerebant, nisi Sanguinem animalium, que non erat nisi umbra Sacrificii novæ legis; in presentiarum vero Ecclesia in omnem terram effusa omni tempore, omnibusque in locis terrarum, offert hosiam infinite puram; quoniam Deus est, qui offertur Deo, ut idem Sanguinem, quem effudit pro redemptione Animarum nutritæ esse, caret, & vivere faciat vita Dei. Quid necesse est addere prophetiæ, cuius videmus, & cuius complementum cognoscimus? Etenim, quemadmodum sapientissime S. Hieronymus animadvertit, cum videtur prophetia pertinet ad Iesum Christum per se clara, & perspicua, admirari debemus magnitudinem Dei, qui prophetavit eventum diu antequam eveniret; neque tantæ luci ostendenda est caligo, umbra allegoriarum, ambiguum, & incertarum.

Sacrificia, & libamina singularum, per vitulos, & arietes, & agnos vite celebrabitis. Numer. 28. Secundum consuetudinem efficitis oblationes similes, & liquorum, arietum, & vitulorum. Secundum S. Augustini mentem in hac similia, & vino deprehendi potest figura explicita Sacrificii Iesu Christi, unionis, quæ esse debet membrorum cum capite Iesu Joann. 16. & unionis membrorum inter se; cum offerunt maximum in Eucharistia, & augustinissimum Ecclesiæ Sacramentum, quod est Sacramentum amoris, non nisi per unionem caritatis ostendendum. Triticum enim molendino tritum perfecte designat manducationem Corporis Iesu Christi in Altari, & oppressionem ejus sub pedibus Crucis qui in Cruce, & Altari calcatur, tamquam uva racemus, torculari divinæ iracundiæ; nam super duo hæc Altaria, quæ unum, & idem sunt, adest Sacramentum propitiatiois; sed quemadmodum tritum, & uva ex plurimis granis simul conjunctis componitur; nil melius designat unitatem Sacrificii Capitis huius cum membris, & membrorum inter se. Ergo Deus divinum suum sacrificium præfigurabat hoc veteri Sacrificio, simulque commixtionem divinum corpus, & Spiritum, qui, cum plurimi sint, in uno rediguntur per caritatem: quoniam erat Cor unum, & Anima una; ita nihil magis reddit fidelibus inutile hoc Altaris Sacramentum, quam Corda hæc discordia, & invicem separata. Ita

Habemus etiam meodum sedam diu Dei eo munere, quod illi facimus in hoc Sacrificio.

Illustratur veritas huius prophetiæ.

Figura Sacramenti Iesu Christi, & unionis ejusdem, & Fidelium inter se.



P. de la Colomiere plures habet animadversiones in Missæ Sacrificio Tom. considerationum. P. Al. de Paz. Cardinalis Bellarminus integrum habet tractatum de Missæ Sacrificio. Suarez in S. Thomam, Tom. 3. Gregorius a Valentia lib. 2. contra hereticam doctrinam. Joannes Coleus in speculo Missæ. Petrus Canisius in Opere Catechist. quæst. 7. Raynerius de Pisis in Pantheologia. Toletus in instrum. Sacerdot. lib. 2. c. 6. Cardinalis Perronius in Controversiis. Gabriel Henao de divino Missæ Sacrificio in duobus spissis Voluminibus. Pignatelli. Mons propitiatorius. Volumen integrum. Cardinalis de Richelieu in controversiis. Plurimi sunt Theologi controversiæ, Doctores, & Confessores, qui de hoc argumento scripserunt, sed quod recensere inutilis esset laboris.

P. Bourdaloue tres habet sermones hujus argumenti in Tom. 2. Quadragesimæ. Bironat in octava de Sanctissimo Sacramento fermonem habet de vita Jesu Christi sacrificata in Eucharistia. P. Andreas Casillon in octava fermonem habet de Sacrificio Missæ. P. Texier pro Dominica secunda post Pentecosten in dominicali. Flechier in fermonibus moralibus. P. Chaussemier in fermonibus recens editis fermonem habet de Missæ Sacrificio. Abbas Boileau unum habet ejusdem argumenti. Trouvé Canonicus Theologalis Meldensis Ecclesiæ in Affectibus. Auditor fermonum in omnia Ethicæ Christianæ argumenta, in octava SS. Sacramenti, fermonem habet de Eucharistia, ubi methodice hoc tractat argumentum. In specimine fermonum pro Dominicis, unus est hujus argumenti, sed est fere compendium fermonis, quem editit P. Bourdaloue. Ogier Tom. 2. Ad. pulcherrimum unum ejusdem argumenti. P. Segneri in Tomo 2. Christiani edocti de fuz Religionis officiis. Lohner Biblioth. man. tit. Sacrificii Missæ oblatio. Labatha tit. Sacrificium. Carthagenæ in Homili. de Sacrificio, &c. Theatrum vitæ Humanæ.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Figuræ, & applicationes Biblicæ huic argumento.

Sacrificabitur Altare in gloria mea. Exodi 29. Offerre Domino gloriam, & honorem; tollite hostias, & adorate Dominum in atriâ sancto eius. Psalm. 26. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Psalm. 115. Bruns Domino offerret Sacrificia in iustitia, & placebit Domino Sacrificium iudæ, & Jerusalem, sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. Malach. 3. Uspice ad Præsepium fortitudinis magnificatum est; & ab eo pulvis iuge Sacrificium, & deiecit locum Sanctificationis eius; vobis datum est ei contra iuge Sacrificium propter peccata. Daniel. 8. Confessatur enim, quoniam tu es Sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Ibid. Memor sit Sacrificii tui, & holocaustum tuum plaga fiat. Psalm. 119. Magnus est Nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificabitur, & offerret Nomen meo oblatio munda. Malach. 1. Adlocum eorum in montem Sanctum, & sacrificabo eos in domo orationis meæ, holocausta eorum, & victimas eorum, & placebunt mihi super Altari meo. Itæ 36. Hic est Sanguis meus, qui pro vobis effunditur. Marci 14. Hoc facite in memam commemorationem. Lucæ 22. Querissemus manducabitis panem hunc, & Calicem bibitis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. 1. Ad Cor. cap. 11. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in illis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & Sacrificia pro peccato. Ad Hebræos 5. Nec quisquam sinit sui honorem, sed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron; sic, & Christus non sinit suum honorem, ut Pontifex fieret; sed qui loquutus est ad eum, filius meus es tu, ego hodie genui te. Idem, ibidem. Si enim sanguis vitæ, & taurorum, & sanguis vitula aspersus inquinatus sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum immolationem obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus iniquis ad servendum Deo viventi. Idem cap. 9.

Translatio Sacerdotio, necesse est, ut legis translatio fiat. Ibid. cap. 7. In tantum melioris testamenti sponsor factus est Jesus; & illi quidam plures facti sunt Sacerdotes, idcirco, quod motu prohiberetur permanere; hic autem, eo quod maneat in æternum, sempiternum habet Sacerdotium. Ibidem. Tali enim decet, ut esset nobis Pontifex Sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsus Calicis factus; qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum Sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro Populi: hoc enim facit semel offerendo. Ibidem. Lex homines constituit, Sacerdotes infirmitas habet; sermo autem iurisdictioni, qui per legem est, solum in æternum perfectum. Ibidem. Omnis Pontifex ad offerendum munera, & hostias constituitur, unde necesse est, & hunc habere aliquid, quod offerat. Idem cap. 8. Omnis quidem Sacerdos praesto est quotidie ministrans, & eisdem fatis hostias offerens, quæ nunquam possunt auferre peccata; hic autem pro peccatis offerens hostiam in sempiternum sedes in dextera Dei. Ad Hebr. 10. Umbra habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, per singulos annos, ipsam ipsi hostias, quas offerant indelinetur nunquam accedentes perfectos facere. Ibidem. Impossibile est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata, ideo ingrediens Mundum, dixit, hostiam, & oblationem voluit; Corpus autem apti mihi, Holocaustum non tibi placuerunt; tunc dixit ecce venio: In capite libri scriptum est de me, ut faciam, Deus, voluntatem tuam; Ibidem. Habemus Altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deservimus. Ibidem cap. 13. Sacerdotium sanctum offerre Spirituales hostias acceptabiles Deo per Jesum Christum. 1. Petri cap. 2.

Exempla, & Figura utriusque Testamenti, quæ huic argumento possunt inseruire.

